concessum flagitat, ut hujus expositionis finem faciam. Hoc tamen docuisse mihi videor, oraculum ecl. IV. a Virgilio conscriptum praestantissimum esse Romanorum.

Quibus praemissis patronos Gymnasii O. M., D., verbi divini ministros P. R., collegas C. et quicunque rebus nostris bene cupiunt, ad sollemnia, quae supra indixi, oratione de Pauli Gerhardti carminibus pie concelebranda humanissime invito.

Scripsi Zittaviae a. d. IX. Cal. Septemb. A. CIƆIƆCCCLXIV.

hospitio et amicitia usum esse memorat, colligere aliquis possit, ab Herode facile, Virgilio praesente, Pollioni de Messia narrari, aut Nicolaum Damascenum doctum hominem, cujus ministerio Herodes usus est, Augusto percarum, de Judaeorum opinionibus commemorare potuisse. At cf. quae sequuntur.